

BENEDICTI XIV.

PONT. OPT. MAX.

OLIM

PROSPERI CARDINALIS  
DE LAMBERTINIS

OPUS

DE SERVORUM DEI BEATIFICATIONE,  
ET BEATORUM CANONIZATIONE

*Nunc primum in XVI. Volumina distributum.*

EDITIO NOVISSIMA

*Ad postremam Romanam ab ipso Auctore recognitam, emendatam, & plurimis  
rebus adauctam omnino exacta.*

TOMUS PRIMUS.

*Collegii S. Mariae Conceptionis Neapolitanorum*



NEAPOLI MDCCLXXIII.

EX TYPOGRAPHIA JOHANNIS-FRANCISCI PACI.

SUMTIBUS ANDREÆ MILIACI.

---

---

SUPERIORUM PERMISSU.

*Amplissimo Sapientissimoque Viro*

EQUITI HIEROSOLYMITANO

ET VATOLLÆ MARCHIONI

FRANCISCO VARGAS

M A C C I U C C A

*In Augustissimo Regni Senatu*

QUINQUEVIRO

*Sacerdotii atque Imperii finibus custodiendis*

*& Canonum germanæ disciplinæ vin-*

*dicandæ Præfesto &c. &c.*



**N** IHIL Tibi nunc verendum, Vir  
summe, de callida, blandaque af-  
sentatione, quam vitiorum adjutri-  
cem noveram, licet pleræque id  
genus nuncupatoriæ epistolæ eo  
vitio laborent, atque inficiantur;  
profecto si ea animi mente Tecum mihi agendum  
esset,

# DEDICATIO<sup>I</sup>

PRÆFIXA ROMANÆ  
OMNIUM OPERUM EDITIONI

A N N I 1747.

---

SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO  
BENEDICTO XIV.


P. O. M.

EMMANUEL DE AZEVEDO SOCIETATIS JESU.



AUDANDUM arbitror eorum consilium BEATISSIME PATER, qui opus nacti doctissimi hominis vigiliis ac labore partum, hanc in se curam cogitationemque susceperunt, ut quam latissimè posset propugnaretur ad hominum usum & cognitionem. Nam cum ab ingeniis virorum eruditorum atque industria multa existere egregia opera optandum est, tum nisi ea ad omnes homines nationesque

longo terrarum vel maris tractu disjunctas pervadant, intercipitur qui hauriri poterat utilitatis fructus, quemque omnino omnibus instituti operis ratio offerebat: quod par est, ne eveniat, cavere; idque Auctores ipsi vel novis elucubrandis cudendisq̄ue intenti, vel aliis quibusdam curis distracti præstare non possunt, nec vero volunt modestia quadam ingenua ac verecundia impediti. Quamobrem veterum moribus institutoque, utili sane atque egregio, fuisse accepimus qui eam omnem curam ad se transferrent, librosque veluti de scriptoris sinu susciperent, educatosque sive descriptos & recensitos atque in partes quas videretur tributos, in hominum lucem aspectumque proferrent: quod in Homero præsertim factum, multorum testimonio constat. Sed nostrorum quoque sacrorumque



DE SERVORUM DEI  
BEATIFICATIONE,

E T

BEATORUM  
CANONIZATIONE

LIBER PRIMUS,

In quo praeliminares exponuntur Controversiæ.

CAPUT PRIMUM.

*De superstitiosa Apotheosi Gentilium.*

**M**OS est eorum, qui de Sanctorum Canonizatione Tractatum instituunt, aliqua præmittere de superstitiosa Apotheosi Gentilium. Apotheosis, quæ etiam Consecratio dicta est, nihil aliud erat, quam solemnis alicujus hominis inter Deos adscriptio: unde apud Ciceronem *de Natura Deorum* l. 2. c. 24.

Tom. I.

*Consecrare Liberum*, & similia passim. Apotheosis ritum Herodianus, & Dio fute describunt; tum apud Livium, Plutarchum in *Vita Romuli*, & Lactantium *de falsa Religione* plura habentur de Romuli Apotheosi: Tacitus etiam refert, Divinos honores Augusto Imperatori post obitum delatos. Scribentium mori & nos obsequemur; dumque ex probatissimis & antiquioribus

A

Au.